




VII
POGGII
FACETIAE
30
K6
28
S. L.
1498














Hain 13198
Copinger, vol. I, p. 390
BMC VIII, 183
[Parigi, Michel Le Noir]



POGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI FACETIARVM LIBER INCIPIT FELICITER.

m VLTOS FVTVROS ESSE ARBItror: qui has nostras confabulationes: tũ vt res leues & viro graui indignas repræhendãt: tum in ornatiorem dicendi modũ: & maiorem eloquentiam requirant. Quibus ego si respondeam legisse me nostros maiores prudentissimos ac doctissimos viros facetijs iocis: & fabulis delectatos: non repræhẽsionem sed laudem meruisse: satis mihi factũ ad illorum existimationẽ putabo. Nam qui mihi turpe esse putẽ hac in re: quãdo quidẽ hac in cæteris nequeo: illoꝝ imitationẽ sequi: & hoc idẽ tẽpꝰ quod reliqui in circulis & cœtu hominũ cõfabulando cõterũt in scribendi cura cõsumere: præsertim cũ neq; labor inhonestus sit: & legẽtes aliqua iocũditate possit afficere. Honestũ est enĩ ac ferme necessariũ: certe quod sapientes laudarunt mentẽ nostrã varijs cogitationibꝰ ac molestijs oppræssam. Recreari quãdoq; a cõtinuis curis & eã aliquo iocandi genere ad hylaritatẽ remissionẽq; cõuerti. Eloquentiã vero in rebus infimis vel in ijs in quibus ad verbum vel facetiæ exprimendæ sunt: vel aliorũ dicta referenda quærere hominis nimiũ curiosi esse videtur. Sũt enim quædã quæ ornatius nequeant describi: cũ ita recẽsenda sint queadmodũ ea protulerunt hij qui in fabulationibus cõiiciuntur. Existimabũt aliqui forsan hanc meã excusationẽ ab ingenij culpa esse profectã: quibus ego quoq; assentio: modo ipsi eadẽ ornatiꝰ politiusq; describãt quod vt faciãt exhortor: quo



lingua latina etiam leuioribus in rebus hac nostra æta te fiat opulētior. Proderit enī & ad eloquētiam & doctri nā ea scribēdi exhortatio. Ego quidē experiri volui: an multa quæ latinæ dici difficulter existimātur nō absur de scribi posse viderētur: ī quibus cum nullus ornatus: nulla amplitudo sermonis adhiberi queat: satis erit in genio nostro si non in cōcione omnino videbūtur a me referri: verū facessant ab istarū cōfabulationū lectione: sic enim eas appellari volo qui nimis rigidi cēsores aut acres existimatores rerū existunt. A facetis enim & hu manis sicut lucilius a consentinis & tarētinis legi cupio. Quod si qui rustitiores erunt non recuso quin sentiant quod volunt: modo scriptorem ne culpent qui ad leua tionem animi hoc & ad ingenij exercitium scripsit.

De Caietano paupere nauclero.

c Aietani qui e plebe sunt: vt plurimū nauigio vi-ctum quærūt. Nauclerus ex eis admodum pau per: cū ad varia loca lucri causa: relicta domi vxore iu-uencula & tenui supellectile nauigasset: post quintū fer me annū redijt e naui euestigio ad visendā vxorē: quæ interim viri reditū desperās cū alio consueuerat domū proficiscitur. Ingressus cū eam maiori ex parte instaura tam in meliusqꝫ auctā vidisset admiratus vxorē quæsi-uit quomodo domūcula antea informis esset ꝑpolita. Respondit statim mulier sibi in ea re eius qui omnibus fert opem dei gratiā & auxiliū affuisse. Benedicatur in quit vir deus pro tanto hoc beneficio erga nos suo: vi-dens insuper cubile lectūqꝫ ornatiorē reliquamqꝫ supel lectilē mundā vltra q̄ ferret vxoris cōditio: quom per-cōtatus esset vnde illa quoqꝫ prouenissent & dei indul-

gentiam illa sibi subministrasse asseuerauit: gratias itē vir deo egit qui tā liberalis in se fuisset: eodē mō & alijs quibusdā quæ noua domi & insueta videbātur cōspe- ctus: cū largitoris dei munificētiā affuisse diceret. Virq; ipse tam profusam erga se dei gratiā admiraret̃ super- uenit scitulꝰ puer triēnio maior blādiēs vt mos est pue roꝝ matri: cōspicanti hunc marito sciscitantiq; quisnam puer esset suū etiā vxor respōdit. Stupēti quærentiq; vi ro vnde se absente puer prouenisset dei quoq; in eo ac- quirēdo sibi astitisse gratiā mulier affirmauit: tunc vir ī dignatus diuinā gratiā etiā in ꝓcreādis filijs sibi adeo exuberasse. Malas iam inquit gratias deo habeo agoq; qui tot cogitationes suscepit de rebus meis. Visum est homini deū nimiū curiosum fuisse: qui etiam de cōpa- randis se absente liberis cogitarit.

De Medico qui dementes & insanos curabat.

P Lures colloquebantur de sup̄uacua cura ne di cā stultitia eoꝝ qui canes ac accipitres ad aucu pium alunt: tum paulus quidā florentinus recte hos in quit risit stultus mediolanensis: cū narrari fabulā posce remus fuit inquit olim ciuis mediolani demētiū & insa noꝝ medicus qui ad se delatos infra certū tp̄s sanādos suscipiebat. Erat autē curatio hmōi: habebat domi are am & ī ea lacunā aquæ fetidæ atq; obscenæ in quā nu- dos ad palū ligabat eos qui insani adducebantur. ali- quos vsq; ad genua: quosdā inguinetenus: nōnullos ꝓ fundius ꝓ īsaniæ modo: ac eos tā diu aqua atq; inedia macerabat quo ad viderent̃ sani. Allatus est inter cæte ros quidā quē vsq; ad femur ī aquā posuit: qui post quī decim dies cœpit respicere ac curatorem rogare vt ex

aqua reduceret. Ille hominē exemita cruciatu: ea tamē conditione ne aream egrederetur: cuícū diebus aliquot paruiſſet vt vniuerſā domū pambularet: ita vt exteriorē ianuā non egrederetur: permiſit reliquis ſocius qui plures erāt in aqua relictis paruit diligenter medici mandatis. Stans vero aliquando ſup hoſtiū: neq3 enī egredi audebat timore lacunæ aduenientē equeſtrēiuuenē cū accipitre & duobus canib9: ex his qui ſagaces dicuntur ad ſe vocauit rei motus nouitate neq3 enim q̄ ante in inſania viderat tenebat memoria: cū acceſſiſſet iuuenis heus tu inquit ille aſculta oro me paucis: ac ſi libet reſponde: hoc quo vehens quid eſt & quamobrē illud teneo. Equus eſt inquit & aucupij gratia: tum deinceps hoc vero quod manu geſtas quid vocatur & qua ī re illo vteris. Accipiter reſpondit & aucupio aptus quē quedularum aut perdicū: tū alter hi qui te comitantur qui ſunt aye & qd pſunt tibi. Canes ait & aucupio accomodari ad inueſtigādas aues: he aūt aues quarꝫ capiēdarum cauſa tot res paras: cuius ſunt precij ſi in vnū cōferas totius anni capturam parꝫ quid neſcio cū reſpōdiſſet & q͞ ſex aureoſ nō excederent. ſubdit homo que nā eſt equi canū q͞ & accipitris impenſa: q̄nquaginta aureorum affirmauit: tū admiratus ſtulticiā equeſtris iuuenis. ho ho inquit abi hinc otius oro atq3 adeo aduola antequā medicus domū redeat: nam ſi hic te cōpererit veluti inſaniſſimū omniū qui viuant in lacunā ſuā cōiiciet curandū cum ceteris mentecaptis atq3 vltra oēs vſq3 ad mentum in aquā ſummam collocabit: oſtendit aucupij porro ſtudiū ſummā eſſe amētiam: niſi aliquādo & ab opulentis & exercicij cauſa fiat.

De bonacij pigritantis disputatione.

b Onacius adolescens facetus ex familia Guasco
nũ dũ essemus cõstãtie admodũ tarde surgebat
electo cum socij eã tarditatẽ culparẽt: quidue tã diu in
lecto ageret percontarentur: subridẽs respondit: litigã
tes disceptantesq; ausculto. Adsunt enĩ mane mihi eue
stigio cum expergiscor duę habitu muliebri sollicitudo
videlicet & pigricia quarũ altera surgere hortaẽ: & ali=
quid opis agere neq; diẽ lecto terere: altera priorẽ ĩcre
pans quiescendũ asserit: & ꝓpter frigoris vim in calore
lecti ꝑmanendũ indulgẽdũq; corꝑis quieti neq; semꝑ
laborib⁹ vacãdũ, prior insuꝑ rõnes suas tueẽ ita vt cũm
diuti⁹ disputẽt atq; altercẽtur: ego tãq̃ ęquus iudex nul
lã in ꝑtem declinãs audio disputãtes expectãs quo ad
sint snĩa cõcordes hoc fit vt surgam tardius expectãs li
tigij finem.

De iudeo nõnullorꝫ suasu xp̃iano facto.

i Vdeum cũ multi hortarẽtur ad xp̃i fidẽ, ęgre il=
le bona sua dimittebat, suadebãt & plures vt ea
daret pauperibus quoniã scd̃m euãgelicã sniam quę es
set verissima centuplũ esset recepturus ꝑsuasus tãdẽ ad
fidẽ cõuersus est: distributis inter paupes egenos & mẽ
dicos bonis ĩde ꝑ mẽsem hospitio exceptus est honori
fice a diuersis xp̃ianis cũ ei oẽs blãdirẽtur & laudarent
factũ: ille tñ qui ꝑcario viueret expectabat ĩ diẽ centu=
pli ꝓmissionẽ: & tñ multos societas cibandi hoĩs cepis=
set, iãq; rar⁹ ĩuitator repireẽ, cepit hõ ad modũ egere ita
vt ei necesse eẽt diuertere ad hospitale qd̃dã ĩ quo mor
bo corrept⁹ ad extremũ vite deuenit: cũ sãguis ꝑ poste
riora efflueret: disperãs itaq; salutẽ & simul diffisus pol

licitationis centupli ex anxietate quadã aerem querẽs. egressus est lectũ ad successum ventris in pratuũ propi quũ vbi cũ cõstitisset quesitis post egestionẽ ad tergen dũ an in herbis inuenit ĩuolutũ lineũ refertũ lapidibus preciosis quare dictor fact⁹ adhibitis medicis cõualuit atq domo empta & possessiõib⁹ vixit postmodũ in sum ma reꝝ opulentia. Cum ergo diceretur ab omnibus: ec ce nonne veꝝ prediximus tibi deum cẽtuplum reddi= turum Reddidit inquit ille sed tñ prius vt vsq ad interi tum caccarẽ sanguinem ꝑmisit: dictũ cõtra eos qui tar di in beneficio dando aut reddendo existunt.

De hoĩe insulso q existimauit duos cunnos ĩ vxore.

h Omo nostris rusticanus & haud multũ prudẽs: certe ĩ coitu milieꝝ rudis: sumpta vxore cũ illa aliqñ in lcõ renes verso virum voluẽs nates in eius gre mio posuisset erecto telo vxorẽ casu cognouit: admira= tusq postmodũ & rogãs mulierẽ: an duos cunnos ha= beret: cũ illa annuisset ho ho inquit vnus mihi satis est alter vero superfluus: tum calida vxor que a sacerdote parrochiano diligebatur: possum⁹ inquit ex hoc altero elemosinã facere: demus eũ ecclesie & sacerdoti nostro cui hec res erit gratissima & tibi nihil oberit cũ vnus suf ficiat tibi: assentit vir vxori & in grãm sacerdotis & vt se onere superfluo leuaret. Igitur eo vocato ad cenã cau= saq exposita cum sumpto cibo lectũ vnum tres ingre= derentur ita vt mulier media esset: vir anteriori parte: posteriori alter ex dono vteretur: sacerdos famelicus cõcupitiq cibi auid⁹ prior agreditur aciẽ sibi cõmissam qua ĩ re vxor quoq submurmurãs strepitũ quendã ede bat: tunc vir timens ne partes suas agrederetur: serua

inquit amice inter nos cōuēta & tua portōne vtere meā intactā relinquens: huic sacerdos: det mihi gratiā deus inquit nā tua ꝑuifactō vt bōis tantū ecclesie vti possim: his verbis acquiescens stultus ille qđ ecclesie cōcesserat libere vti iussit.

De vidua accensa libidine cum paupere.

Hi Pocritarum genus pessimum est omnium qui viuant cum de his semel in cetu me presente exortus sermo esset: diceretur q; oīa ipocritis redūdare: qui cū dignitatū atq; honoꝝ ambitione ardeāt tn̄ simulādo ac dissimulādo agunt vt nō spōte sed inuiti ac superioꝝ precepto honores assequi videātur: tum quidā ex astātib⁹ dixit eos similes paulo cuidā beato qui habitabat pisis vnus ex eis qui vulgo apostoli vocantur quorū est cōsuetudo sedere ad hostiū domus nihil petētes. Cū vt nobis exponeret quis: is fuisset rogaremus: paulus inquit qui ꝑpter vite sanctimoniā: btūs vulgo cognominabatur: sedit aliquādo cuiusdā vidue ad hostium que sibi cibum ꝑbebat in elemosinā: illa conspicata sepius virū: erat enim formosus exarsit in paulum ciboq; dato rogauit vt postridie rediret, se curaturā vt bene pranderet: cū frequēs domū mulieris accessisset ille tandem rogauit hoiem vt intus accederet ad sumēdū cibum annuit hic & cū opipere ventrem cibo potuq; farsisset: mulier libidinis īpatiens viꝝ amplectit osculaturq; asserēs non inde abituꝝ priusq̄ se cognoscat, ille reluctāti similis ac detestās mulieris fruentē cupiditatē: cum illa obscenius instaret tandem cedēs vidue importunitati postea q̄ inquit tantum malū patrare cupis: testor deū tuū op⁹ erit, ego ꝑcul a culpa absum: tu ipsa iquit cape

hanc maledictā carnē: iā enim virga erecta erat & ipsa met vtere vt libet: ego enim eā hodie minime tangā ita inuitus mulierem subegit: licet ꝓpter abstinētiam non tangeret carnē suā totum peccatum tribuens mulieri.

De equestre palleato.

i Bam semel ad pontificis palatiū transibat quidā e nostris palleatis equester & forsan implicitꝰ cu ris hūc quispiā cū detecto capite reuerteretur: nō animaduertit eps: at ille supbia aut arrogātia factū existimās hic inquit asini sui medietatē nequaq̄ reliqt domi: totū enī secum defert significās eum esse asinum qui se reuerentibus non responderet.

Dictum Zuchari.

p Erambulantes aliquādo vrbem vir facetissimꝰ omnium qui viuerent Zucharus: egoq; perue nimus ad locum vbi celebrabanť nuptie postridie quā sponsa domum venerat: stetimus paululū animi relaxādi gr̄a respicientes vna psallētes: viros ac mulieres: tū subridens zucharus isti inquit matrimoniū cōsumarunt: ego iā patrimoniū cōsumpsi facere in seip̄m dixit: qui vēditis paternis bonis p̄rimonium oē cōmedendo laudendoq; cōsumpserat.

De prætore.

q Vidā iturus florentiā p̄tor: qua die vrbē introijt habuit de more in maiori templo coram prioribus ciuitatis sermonē lōgum sane & molestū: nā ordiri in suā cōmēdationē cœpit se fuisse antea romæ senatorem vbi quicqd ab se itemq; ab reliquis ī suā laudē honoreq; dictum factūue extiterat ꝓlixo sermone explicauit. Exitū deinceps ex vrbe comitatūq; recēsuit: primo die sutrium cōtulisse se dixit & quæ ibi se acta erant

ſingulatim: tū dieti quo ī loco hoſpitiōe fuiſſet ac quic-
quid ab eo geſtū quaq; de re eēt narrauit: plures hore
hac ī oratione trāſierāt: & nōdū peruenerat ſenas: cū oī
bus ſermonis odioſi lōgitudo īfenſa eēt neq; finis fieret
dicendi. Videret̄ antē ille vniuerſum diē in his fabulis
cōſumptur⁹ cū iam nox appropīquaret: tū vn⁹ ex aſtā
tibus iocabūdus ad aurē p̄toris accedēs: dn̄e īquit hora
iā tarda eſt ſuſtieris iter oportet: nā niſi hodie florētiā ī
traueritis cū hodiern⁹ dies ſit vobis cōſtitut⁹ aduenīē-
dū: officiū hoc amittetis: hoc ītellecto ſtult⁹ homo ac lo
quax tandem retulit ſe florentiam veniſſe.

De muliere quæ virum defraudauit.

P Etrus quidā cōtribulus me⁹: olī mihi narrauit
fabulā ridendā & verſutia dignā muliebri. Is rē
habebat cū fœmina nupta agricolæ haud multū prudē
ti & is foris ī agro ſepius ob pecuniā debitā p̄noctabat.
Cū aliquādo amicus intraſſet ad mulierē vir īſpirat⁹ re
dijt ī crepuſculo tū illa ſubito collocato ſub t⁹ lectū adul
tero maritū verſa grauiter illū īcrepauit: q̄ rediſſet: aſſe
rens velle eū degere in carcerib⁹: modo īquit prætoris
ſatellites ad te capiēdū vniuerſam domū p̄ſcrutati ſūt:
vt te abriperēt ad carcerē cū dicerē te foris dormire ſoli
tū abierūt cōminātes ſe paulopoſt reuerſuros. Quære
bat hō perterrit⁹ abeūdi modū. ſed iā portæ opidi clau
ſe erāt tū mulier quid agis infœlix ſi caperis actū ē. Cū
ille vxoris conſiliū tremens quæreret: illa ad dolū prō
pta aſcende inquit ad hoc columbarium: eris ibi hac no
cte ego oſtium extra concludam & remouebo ſcalas
ne quis te ibi eſſe ſuſpicari queat. Ille vxoris par-
uit conſilio. Ea obſerato oſtio vt viro facultas egre-

diendi non esset amotis scalis hoiem ex ergastulo, edu
xit: qui simulans lictores prætoris iterũ aduenisse ma-
gna excitata turba muliere quoq̧ ꝑ viro loquẽte ingẽ-
tem latẽti timorẽ incussit: sedato tamẽ tumultu in lectũ
protecti ea nocte veneri operam dederunt: vir delituit
inter stercora & columbos.

De sacerdote solennitatem palmarum ignorante.

b Ellum oppidum est in nostris appẽnini mõtibꝰ
ad modũ rusticanum: in eo habitabat sacerdos
rudior atq̧ indoctior ĩcolis: huic cum ignota essent tꝑa
anniq̧ varietates: nequaq̃ indixit quadragesimã popu
lo suo. Venit hic ad terrã nouã ad mercatũ sublato an-
te solennitatẽ palmaꝝ cõspectisq̧ sacerdotibus oliuaꝝ
ramos ac palmulas in diẽ sequentẽ parantibus admi-
rãs quid nã id sibi vellet: cognouit tũc erratũ suũ & qua
dragesimã nulla obseruatione suoꝝ trãsisse. Reuersus
in opidũ & ipse ramos palmasq̧ in posterũ diẽ parauit
qui aduocata plebicula hodie inquit est dies quo rami
oliuarũ palmarũq̧ dari ex cõsuetudine debẽt: octaua
die pasca erit: hac tãtũ hebdomada agẽda ẽ penitẽtia:
neq̧ longiꝰ habemꝰ hoc anno ieiuniũ: cuiꝰ rei cãm hãc
cognoscite. Carnis primũ hoc ãno fuit tardũ ac lentũ q̧
propter frigora & difficultatẽ itineꝝ hos mõtes nequi-
uit supare: ideoq̧ & quadragesima adeo tardo ac fessu
gradu accessit vt iã nil ãplius q̃ hebdomadã vnã secum
ferat: reliqs in via relictis: hoc ergo modico tꝑe quo vo
biscũ mãsura ẽ: cõfitemini & penitẽtiã agite omnes.

De rusticis nuncijs interrogatis an vellent crucifixũ
viuum vel mortuum ab opifice.

e X hoc q̃dẽ opido missi sunt quidã aretiũ ad emẽ

dum ligneum crucifixũ qui in eorum ecclesia poneret deducti ad hmõi rerꝝ opificem quẽdã cum rudes & ve luti stipites essent opifex risus materiã auditis hoib⁹ q̄ rens: viuũ ne an mortuũ crucifixum vellẽt postulauit: illi sumpto paulo tp̄is ad cõsultandum secreto collocu ti: demum rñderunt se viuũ malle nã si eo mõ suo po pulo nõ placeret se illũ euestigio occisuros.

Dictum coci duci mediolanensi habitum.

d Vx mediolani senior princeps in oĩbus reb⁹ ele gantie singularis: habebat cocum egregiũ quẽ vsq; ad gallos ad perdiscẽda obsonia miserat: bello q̄d ingẽs cum florentinis dux habuit: cum ei aliq̄n nõ satis prosper nuncius aduenisset admodum turbauit ducis mẽtem oblatis postmodum ad mẽsam epulis sapores nescio quos cum dux ĩprobasset: epulas insuper vt non rite cõditas esset aspernat⁹ accitum cocum veluti ignarꝝ artis aspere increpauit: tum ille vt erat liberior in loquẽ do. Si florentini inquit tibi gustũ atq; appetitũ auferunt que mea est culpa: & cibi enim mei sapidi sunt & sum ma arte cõpositi: sed te nimiũ concalefaciunt & appeti tum auferunt florentini: risit ille vt erat humanissimus coci facetam in respondendo libertatem.

Eiusdem coci dictum ad prelibatum principem.

i Dem cocus bello insup vigente iocatus ad men sam ducis: cũ videret eũ anxiũ atq; afflictũ curis nõ mirũ esse ĩquit illũ torqueri nã duo impossibilia dux conatur: vnũ ne habeat cõfinia: alterꝝ vt piguẽ reddat: frãciscũ barba uarẽ hoĩnẽ opulẽtũ sũmaq; cupiditate fla grãtẽ: hoc dico pstringẽs & dominãdi appetitũ ducis ĩ moderatũ & frãcisci ĩ mẽsã opũ atq; ãbitionis cupiditatẽ

Petitio eiusdem coci ad eundem principem.

S ipse cũ multi peterent varia beneficij loco summo opore in cena ducẽ rogauit vt se asinũ faceret miratus dux quid sibi ea postulatio vellet: cur se asinũ q̃ hominẽ mallet. Atqui oẽs video inquit ille: quos in sublime extulisti. quib⁹ honores & magistratus dedisti supbia & fastu elatos atq₃ insolẽtes euasisse asinos. Itaq₃ ego quoq₃ asinus a te fieri cupio.

De Iannoto vicecomite.

a Ntonius luscus vir facetissim⁹ ac doctissimus: cũ ei not⁹ quidam litteras apud põtificem expediẽdas obtulisset atq₃ ipse certo in loco corrigere atq₃ emẽdam iussisset. Ille autẽ posteridie litteras easdem retulisset veluti emẽdatas inspectis litteris tu me ĩquit. Iannotũ vicecomitẽ forsan putasti: cũ quereremus quidnã hoc sibi dictum vellet Iannotus ait olim pretor fuit nr̃ Vicentinus homo bonus sed corpore & ingenio crasso. Is sepius aduocato secretario mandabat scribi epistolã ad ducem Mediolani seniorẽ quarum particulã: quãdam ipse dictitabat que spectabat ad ceremonias verborum reliqua committebat secretario seniori qui afferebat epistolam postmodum scriptam eam. Iannotus legendam sumens statimque epistolam veluti incondi tam atq₃ ineptam increpans nõ bene est aiebat pergeatq₃ emenda. Secretarius qui patroni sui stulticiam nosset: & mores paulo post reuertens at eãdem eplã̃m nihilo mutatam ferens & correxisse se & rescripsisse dicebat quam cũ ille tanq̃ lecturus in manus sumeret inspecta paulum epistola nũc bene se habet inquit: vade & obsigna atq₃ ad ducẽ destina hoc omnibus epistolis

suis facere consueuit.

De sutore vicecomitis per viam comparationis.

c Ommiserat olim Martinus pontifex Antonio lusco litteras quasdā cōficiēdas: quas cū postmodū egisset iussit pōtifex illas legēdas quoq; deferri ad quēdam amicum nostrū in quo plurimū fidebat. Ille aūt q̄ paulū eēt in cena cōcalefactus a vino lr̄as penit⁹ improbauit & aliū in modū cōponi iussit: tūc antonius Bartholomeo de bardis q̄ aderat: faciam inquit in litteris meis quod olim sutor in farsitio quod appellant Ioannis galeacij vicecomitis. Cras antequā edat vel bibat redibo & littere bene erunt: deinde percōtanti quid nā hoc esset Bartholomeo Ioannes Galeatius vicecomes inquit Antoni⁹ pater senioris ducis mediolani erat vir magn⁹ pīguis suū iubebat quē acriter redarguēs aiebat fecisse illū & corpulētus. Is cū sepi⁹ m̄lto cibo & potu vētrē farsisset post cenā cū iret cubitū vocari ad se sutorē sibi farsiciū nimis artum: mandabatq; ampliari ne sibi eēt molestū factū erit aiebat sutor vt iubes cras optime erit: deīde acceptam vestem ꝓiciebat ad ꝑticā: nihil immutans cum dixerent ceteri cur nō amplias vestem hanc que nimiū ventrē domini vrget: hic cras inq̄t cū domin⁹ post gestionem surrexerit ac ierit caccatū vestis erit amplissima: mane portabat farsitium quo ille induto nūc bene est dicebat: nullo in loco me offendit. eodē mō antoni⁹ epistolam suam digesto vino placituram dixit.

Querimonia spolij causa ad facinum canem facta.

a Pud facinum canem qui fuit vir crudelis ac dux precipuus in hac nostri temporis militia quærebatur quidam se spoliatum clamide in via a quodā suo

milite: hunc intuens facinus veſtitum tunica bona que ſiuit an illam cum ſpoliaretur geſtaſſet: cum ille annuet ret. Abi inquit hic quem dicis te ſpoliaſſe nequaquam ex meis militibus nā nullus meus vnquam tibi tam bonam tunicam reliquiſſet.

Exhortatio Cardinalis ad armigeros pontificis.

c Ardinalis hiſpanienſis bello q̄d eo auctore geſtū eſt in piceno aduerſus pōtificis hoſtes: cū aliquā do ad aciem vētum eſſet in qua vicere aut vinci eos qui pontificē ſequebātur neceſſe erat: hortabat̄ milites ad pugnā pluribus verbis aſſerēs qui in eo prelio cecidiſſent cū deo & angelis tranſituros. peccatorū enim omnium veniā ꝓpoſitā occumbentibꝰ affirmabat quo morti ſe alacrius offerent. His exhortationibꝰ vſus excedebat pugua: tūc vnus ex aſtantibus militibꝰ: cur tu ī quit non & ad hoc prādiū vna nobiſcū accedis: At ille tēpus prandij nondū eſt mihi inquit quoniā nōdū eſurio.

Patriarche Reſponſio.

p Atriarcha Hieroſolymitanus qui cancellariam apoſtolicā regebat: cōuocatis aliquando in vrbe certam ob cauſam diſcuciendam aduocatis: nōnullos neſcio quid verbis acriter caſtigauit: huic cū vnꝰ p̄ ceteris thomas biracus liberiꝰ reſpondiſſet verſus in eū patriarcha īquit malū caput habes at ille vt erat homo promptus ad laceſſendū ac ꝑfacetus recte īquit ac vere loqueris: nihil enī veriꝰ poteſt dici nā ſi bonū caput habere ſatis meliori loco res noſtræ eſſent neq̧ hac opus eſſet controuerſia: te igitur ip̄m culpas ait Patriarcha: tum ille nō me inquit ſed caput repræhēdo: facete ī ipſum qui aduocatis omnibus p̄erat patriarchā luſit qui

duro ;paulum capite existimabatur.

De vrbano pontifice vi.

a Lter Vrbanū olim sumū pōtificē sextū leuiter perstrixit. nā cū ille nescio quid acrius a pōtifice cōtenderet malo capite es iquit Vrban⁹. Tum ille hoc idē inquit & de te vulgi dicūt hoīes pater sancte.

De sacerdote qui loco ornat⁹ capones epo portat.

e Piscopus aretinus Angelus noīe: quē nouim⁹ aliquādo cōuocauit ad sinodū sacerdotes suos precipiēs vt qui aliqua cū dignitate essent cū cappis & cottis: sunt enī he vestes sacerdotales ad sinodū ꝓficisceret. Quidā ṗsbiter cui hæc vestimēta deerāt mœst⁹ domi erat ignorās vñ nā ea sibi pararet. hūc cogitabūdū vultu dimisso conspicata ancilla quā domi nutriebat cū quæsisset meroris cām dixit sibi cū cappis & cottis scdm episcopi edictū eundū ad sinodū esse. Atqui īquit o bone vir nō recte vim mādati hui⁹ cognouisti: nō enī cappas & cottas sed cappos coctos eps postulat qui tibi sunt deferēdi: appræhēditqꝫ sacerdos muliebre cōsiliū & secū capones coctos deferens optime ab epo fuit suscept⁹: qui ꝓ risum retulit hūc sacerdotē solū recti⁹ q̄ cæteros edicti sniam cognouisse.

De amico qui ægre ferebat multos sibi præferri doctrina: & probitate inferiores.

i N curia romana vt plurimū fortūa dominat̄: cū perraro locus sit vel ingenio vel virtuti sed ambitione & iportunitate parātur omnia vt de nūmis sileam: qui vbiqꝫ terrarum imperare videntur: amicus quidam qui ægre ferebat præferri sibi multos doctrina & probitate inferiores: quærebātur apud angelotbi.

tum cardinalem ſancti Marci nullã haberi ſuæ virtu-
tis rationem : ſeqꝫ poſtponi his q̃ nulla in re ſibi pares
eſſent ſua inſuꝑ ſtudia cõmemorauit: & in diſcẽdo la-
bores: tũ ꝓmpt⁹ ad laceſſenda curiæ vicia cardinalis:
hic ſciẽtia inquit & doctrina nihil proſunt ſed perge &
aliquod tp̃s ad ediſcẽdũ vaca ſi vis põtifici accept⁹ eẽ.

De muliere frenetica.

m Vlier ex meo municipio cũ videretur freneti
ca ducebatur a viro & genere ꝓximis ad fati-
dicã quandã cuius ope curaretur: cũ arnũ fluuiũ trãſi
tur mulierẽ ſupra dorſũ hoĩs validoris impoſuiſſent:
cœpit illa e ueſtigio nates mouere ſimiles coeunti ac
magna voce clamans ego inquit ſepius verba iterans
vellẽ futiri quibus vocibus cãm exp̃ſſit morbi: qui fe-
rebat fœminã adeo eſt in riſum effuſus vt vna cũ ea in
aquã caderet: tũc ridentes oẽs cũ inſaniæ medelã co
gnouiſſent nõ eſſe opus incantationib⁹ aſſerũt: ſed coi
tu ad ſanitatẽ reſtituẽdã: & in viꝝ verſi tu inquiũt opti
mus vxoris curator eris. Redeuntibus igit̃ illis cũ vir
vxorẽ cognouiſſet mẽs priſtina redijt: hæc ad mulieꝝ
inſaniam eſt medela.

De muliere ſupra padum aſtante.

d E meretricibus ferebantur nauicula ferrariam
vna cum certis curialib⁹ duæ mulieres ex his
quæ ſeruiunt indigẽtibus. Tum mulier quædam ſu-
pra padum aſtans fœminas cõſpicata inſuper: o ſtulti
inquit an putabatis meretrices vobis ferrarie defutu-
ras cũ certe plures inueniũtur hic meretrices q̃ venet⁹
probe mulieres:

De abbate ſeptimi.

a Bbas ſeptimi homo corpulẽtus & pinguis ve-

speri florentiã ꝓficiscẽs interrogauit rusticũ obuiũ an portã se ingredi existimaret: intellexit abbas an putaret se peruentuꝝ in vrbẽ antequã clauderẽtur porte. Ille vero in pinguedinẽ iocatus atq; inquit currus feni nedũ tu portam introiret.

Ciuis constantie soror cuius grauida erat.

27 N Obilis ep̃s ex britãnijs ad ostẽdendum q̃ tunc multi requirebant concilij constantiensis libertatem in magno prælatoꝝ conuentu hoc attulit testi=moniũ: fuisse ait cõstantie ciuẽ cuius soror ĩnupta grauida facta erat. cum fratri tumor vẽtris innotuisset ac=cepto gladio quid id esset aut vnde id ꝓdisset quæsi=uit percussori similis. Tum iuuenis exterrita id esse ait concilij opus: seq; ex cõcilio prægnantẽ hoc intellecto frater cõcilij metu ac reuerẽtia sororẽ ĩpunitã reliquit. Cũ cæteri aliaꝝ reꝝ libertatẽ q̃rerẽt ille ꝑtulit licẽtiã futuendi.

Sigismondi imperatoris dictum.

28 S Igismondus quoq; imperator cuidã coram eo querẽti constantiæ libertatẽ non esse: atqui in=quit nisi hic summa esset libertas tu tã libere minime loq̃reris: libere enĩ loqui magne libertatis est signũ.

Dictum sacerdotis Laurentij Romani.

29 Q Va die Angelotus romanus factus est a põtifice Eugenio cardinalis: quidã laurẽtius sacer=dos vrban⁹ domũ redijt hilaris applaudẽs totusq; in risum ac letitiã effus⁹ cũ rogarẽt vicini quidnã sibi obrigisset noui q; tã let⁹ & alacris eẽt: bene ĩquit ẽ magna ĩ spe sũ postea q̃ demẽtes atq; ĩsani cardinales fieri cœ=perũt cũ Anglot⁹ amentior me sit cardinalẽ me quoq; esse futurum.

Confabulatio Nicolai anagnini.

i N hac ferme ſententiā Nicolaus anagninus io
catus eſt ī pōtificē Eugeniū quē dicebat pluri-
mū ſtultis & īſipiētibus fauere: nā cū eſſem⁹ cōplures
varijs de rebus vt fit in palacio cōfabulātes: quidā ini
quitatē fortunæ maxime accuſabāt: quærebāturq; eā
reb⁹ ſuis admodū aduerſam. Tum nicola⁹ vir doctiſ
ſimus: ſed ingenio incōſtāti & ꝓcaci lingua: nullus eſt
omniū qui viuāt inquit cui magis q̃ mihi fortuna fue-
rit inimica: nā cum hoc tēpore ſit ſtultitiæ regnū: in de
umq; omnes fere amētes atq; inſanos. Angelotū quo
q; nouimus inter eos ad amplas dignitates atq; officia
extolli. Ego ſolus relictus ſum ex omniū demētiū nu
mero: cui nihil cōceditur hoc mihi ſolius accidit mali
gnitate fortunæ.

De Prodigio.

m Onſtra hoc anno plura diuerſis in locis natura
edidit. In agro ſenagaliēſi in piceno: Bos quæ
dā ſerpentem peperit mire magnitudinis capite erat
groſſiori q̃ ſit vituli: collo lōgo ad menſurā vlne: cor-
pore cani ſimilis terete: & longiore hunc editū cū bos
conuerſa: reſpexiſſet magnoq; mugitu edito exterrita
aufugere vellet: erectus ſerpēs ſubito poſteriorib⁹ cru
ribus cauda circūdatis ad vbera os admouit: tamdiu
ſugēs quoad lac inerat vberib⁹: deīde boue relicta ad
ſyluas vicinas aufugit. Vbera poſtmodū & ea crurum
pars quā ſerpēs cauda tetigerat veluti aduſta nigraq;
diutius ꝑmanſerunt: hoc paſtores nā in armento bos
erat: ſe vidiſſe affirmarūt. Bouem quoq; poſtea vitulū
peperiſſe: idq; ex litteris ferrariam nuntiatum.

Dictum Magiſtri Hugonis Senenſis.

v Ir insignis Hugo senēsis medicorꝝ nr̄i tp̄is mihi quoqꝫ retulit vatū ferariæ cattum bicipitē seqꝫ id cōspexisse. 32

De Monstro.

i N agro quoqꝫ paduano mēse Iunij constat natū esse vitulū duobus capitibus vnito corpore posterioribꝰ anterioribusqꝫ cruribus duplicatis. Ita tamē vt essent cōiuncta: hoc monstrum quidam ad quæstū circunferebant: multiqꝫ id vidisse affirmabant. 33

De Monstro.

i Llud insup constat allatā esse feraria imaginē marini monstri nup in littore dalmatico inuēti: corpore erat haumano vmbilicotenus: deiceps piscis ita vt inferior pars quæ in piscē desinebat esset bifurcata: barba erat prolixa duobus tanq̄ cornibꝰ sup auriculas eminētibus: grossioribꝰ mamınis ore lato manibus quattuor tantū digitos habentibus a manibꝰ vsqꝫ ad ascellam atqꝫ ad imum ventrē: ale pisciū protendebantur quibus adnabat. Captum hoc pacto ferebāt: Erāt q̄ plures femine iuxta littus lauantes lineos pannos ad vnam earū accedēs piscis: cibi vt aiūt causa mulierē manibus cōprehendit ad se trahere conatus: illa reluctās & erat aqua modica magno clamore auxiliū ceterarꝝ implorauit. Accurrētes quinqꝫ numero monstrū neqꝫ enim in aqua regredi poterat fustibus & lapidibus perimūt qđ in littus abstractū haud paruū terrorē aspiciētibus ꝓbuit: erat corporis magnitudo paulo lōgior ampliorqꝫ forma hominis: hāc ligneā ad nos feraria vsqꝫ delatā cōspexi cibi gratia mulierē cōprehensam argumēto fuere pueri nōnulli qui cū diuersis temporibus ad littus lauandi causa accessissent: nusq̄ 34

postea comperti sunt quos postmodum ab eo mõstro captosq; crediderunt.

35 Facetia histrionis ad bonifacium papam.

b Onifacius pontifex nonus natione fuit Neapolitanus ex familia tomacelloꝝ: appellant autẽ vulgari sermone tomacelli cibus factus ex iccore sui sic admodũ contrito atq; in modũ pili inuoluto interiore pĩguedine porci: cõtulit bonifacius se ꝑusiũ scđo sui pontificatus anno: aderãt aũt secũ fratres & affines ex ea domo per multi qui ad eum vt fit confluxerãt honoꝝ ac lucri cupiditate. Ingresso Bonifacio vrbem sequebatur turba primorum ĩter quos fratres erãt & ceteri ex ea familia quidã cupidiores noscẽdoꝝ hoĩum querebant qui nam essent qui sequerent: dicebat vnꝰ itẽ alter: hic est andreas tomacellus: deinde hic Ioãnes tomacellus cũ plures deinde tomacellus nominatim recẽsendos. Tũ quidã facetus hohe ꝑ magnũ nẽpe fuit iecur istud inquit ex quo tot tomacelli prodierunt & tam ingentes.

36 De sacerdote qui caniculum sepeliuit

e Rat sacerdos in tuscia quidã rusticanus sed ad modũ opulentus hic caniculũ sibi caꝝ cũ mortuus esset sepeliuit in cimiterio. Sensit hoc eps̃ & in eiꝰ pecuuiã animũ intendẽs: sacerdotẽ veluti maximi criminis reꝝ ad se pugniẽdũ vocat: sacerdos qui animũ epi satis nouerat: quĩquaginta aureos secũ deferẽs ad epm̃ deuenit qui sepulturã canis grauiter accusans: iussit ad carceres sacerdotẽ duci: hic vir sagax: o pater inquit si noscere qua prudentia caniculus fuit nõ mirareris si sepulturam inter homines meruit. Fuit enĩ

plusq̄ ingenio humano: tū in vita tum p̄cipue in morte: quid nā hoc est ait ep̄s: testamentū inquit sacerdos in fine vite cōdens: sciensq; egestatē tuā tibi quinquaginta aureos ex testō reliquit quos mecū tulit. Tū ep̄s & testamentū & sepulturā cōprobās: accepta pecunia sacerdotem absoluit.

De titāno qui homini pecunioso cās iniustas iiecit.

h Omo admodū pecuniosus erat ī piceno in opido Cingulo nomine: audiuit hoc tirannus loci atq; ad eripiendos nūmos animū adiiciēs quesiuit occasionē criminis qua illi pecunias auferret: vocato ad se viro dixit illū crimine lese maiestatis reū teneri: cū nihil contra eius statum aut dignitatē se factū contenderet perstabat tirannus asserēs illū capite esse mulctandū: homo insons quidnā tandē egisset cū postularet. Hostes inquit meos ac rebelles qui contra me cōspirarūt domi abscōditos tenuisti: sensit tandē ille suis nūmis insidias parari. Malens igit̄ vite quā pecuniis parcere. Verū est inquit qd̄ ais mi domine: sed destina mecum satellites tuos ego hostes illos ac rebelles tibi statim cōprehensos dabo. Missos itaq; lictores domū ad arculā ī qua pecunia erat secū duxit: eaq; aperta capite hos inquit euestigio: hi sunt enī non solū domini sed mei quoq; hostes acerrimi ac rebelles: quibus delatis ad tirannum homo penam omnem euasit.

De religioso qui sermonem habuit.

o Pidum est in montibus nostris: in quo multi ex variis locis ad diem festum cōuenerāt: erat enī celebritas sancti Stephani religiosus quidam erat habitur⁹ de more sermonē ad populū cū hora esset diei

tarda sacerdotes autē esuriēt vererenturq́ʒ longitudi-
nē sermonis. Ascendētiq́ʒ suggestū religioso vn⁹ & itē
alter vt paucis loqueret̃ in aurem hortati sunt. Ille se
exorari facile passus ac prelocut⁹ quedā ꝓut cōsueue
runt: fratres mei inquit anno p̄terito cū hoc in loco vo
bis astantibus verba facere de sanctitate vita & mira-
culis huius sancti nostri: nihil p̄termisi eoꝶ qđ illo vel
audiui vel scripta in sacris libris reperiuntur: que oīa
vos credo memoria tenere: postmodū vero tū nihil no
ui fecisse nihilq́ʒ āpli⁹ de eo scriptū repi: signo igit̃ cru
cis facto dicite cōfiteor & reliqua q̄ sequūt̃ & ita abijt.

Facetissimum consilium Minacij ad rusticum.

39 r Vsticus cum castaneam arborem ad excutien-
dos fructus ascendisset cecidēs ex ea costā pe-
ctoris effregit: ad hunc cōsulandum accessit minacius
quidam homo per facetus: qui inter loquendū datuꝶ
se normam illi dixit: qua seruata nunq̄ ex arbore ca-
deret: vellē hoc antea īquit eger cōsuluisses: attamen
& in futuꝶ poterit prodesse: tū Minaci⁹ fac semper in-
quit ne sis celerior in descensu: q̄ in ascēsu: sed ea qua
ascēdis tarditate descēdas hoc pacto nūq̄ precipitem
te ages.

Eiusdem Minacij responsio.

40 i Dem Minacius cū aliquando nōnullos nūmos
& vestes ad talos egenus enī erat lusisset: flens
ad hostiū taberne cuiuspiā sedebat: videns merentē
flentēq́ʒ amicus quid nā est tibi inquit nihil minacius
ait cur nā ergo si nihil habes ploras hoc solū quia nihil
habeo īquit. admiratus ille quare ergo si nihil habes
ait lacrimas ob hanc ipsam cām respōdit: quoniā nihil

est mihi: alter nihil sibi eē causa cur ploraret ītellige-
bat: alter nihil sibi reliquū superesse a ludo plorabat.

De paupere monoculo qui frumētū emptur⁹ erat. 41

tEmpore quo florētie summe aliquādo erat an
no ne charitas accessit pauper luscus ad forum
quedā sextaria frumēti vt dicebat empturus: rogauit
hūc in foro ꝑcontantē preciū quidē alter superueniēs:
quanti sextariū frumenti venderetur hoīs oculo īquit
constat: designās his verbis annone charitatē hoc au
diens scitulus qui aderat puer cur tu ergo ait tam grā
dē sacculū portasti cū non amplius quā vnum sextari-
um possis emere.

Vir qui mulieri dum egrota esset veniā postulauit. 42

cOnsolabatur vxorem vir que aduersa valitudi
ne diem suum obibat: memorans omnia boni
mariti officia sibi in vita prestitisse: veniamqꝫ postulās
si quid vnꝗ̄ aduersus eam iniqꝫ egisset: neqꝫ īter cetera
se ait omisisse vnꝗ̄ quī debitum thoro ꝓberet eo exce
pto tpe quo illa nō recte valeret: ne coitu fatigaretur:
tū mulier licet morbo grauis hoc inquit: per fidē nūꝗ̄
parcā neque remittā tibi: nullo enī tēpore adeo inua-
lida atqꝫ infirma extiti quin cōmode possem resupina
iacere: danda est igit̄ viris opera ne hoc venie gen⁹ ab
vxoribus implorent cum rite negari possit.

De adolescētula ꝗ̄ viꝛ de paruo priapo accusauit.

aDolescens nobilis & forma insignis duxit vxo-
rem filiam Nerij de paccis equitis florētini īter
ceteros sue etatis egregij & prestātis viri post aliquot
dies vt moris est adolescentula ad patrem reuertitur
nō alacris aut iocūda vt cetere solēt: sed mesta ac vul-

tu languido intuens terram: aduocatam in cubiculo clanculũ rogat mater nũquid res sint satis salue vt vultis flens iuuencula respondit: nõ enim viro me despõsastis ait: sed ei virilia desunt: nihil enĩ aut parũ habet eius partis ꝓpter quã fiunt matrimonia: dolẽs admodũ fortunã filie mater rẽ cum viro cõmunicat: deinde re vt fit inter cõsanguineos mulieresqꝫ que ad cõuiuiũ aderãt: vulgata mestitia doloreqꝫ oĩs impletur dom⁹ cũ nõ nuptã sed suffocatam adolescentulã egregiã forma dicerẽt. Supuenit postmodũ vir cuius gratia cõuiuiũ parabat̃ & cũ omnes vultu merenti afflictoque cõspiceret: miratus rei nouitatẽ quidnã noui accedisset rogabat: nullus erat qui causam doloris auderet palam facere: vnus tandẽ liberior ait dixisse puellã mãcũ esse illum in virili sexu: tum iuuenis alacer nequaq̃ hec erit cã que aut nos cõturbet aut conuiuiũ disperdet cito hoc purgabitur crimẽ. Cũ in mẽsa oẽs sederẽt viri pariter ac mulieris: sumptis iam fere cibis surgẽs adolescẽs patres inquit sentio me culpari in ea re cui⁹ vos testes esse an vera sit volo: deĩde educto egregie forme priapo: vestibus enim curtis tũc vtebat̃: ac supra mensam posito omnes ad rei nouitatẽ magnitudinẽque cõuertit: & an culpandus esset quesiuit: maior pars mulieꝝ vt viris suis talis copia ĩesset optabat viri per multi se ab illo tali suppellectile superari sentiebãt: qui omnes in adolescentulã cõuersi grauiter illos stulticiam increpabant: alius aliud quid obiurgãs: tũ illa quid iurgatis: quid me reprehẽditis inquit: asell⁹ noster quẽ ruri nuper cõspexi bestia est & adeo extẽso brachio oblongũ mẽbrũ habet: hic vir me⁹ qui hõ

eſt nō habet eius medietatē. Credidit ſimplex puella hoībꝰ longiꝰ q̄ beſtijs eiuſmodi mēbrū ineſſe debere.

De predicatore qui potius decē virgines q̄ vnā nuptā eligebat 44

p Redicabat tibure frater parum conſideratus ad populum aggrauans multis verbis ac deteſtans adulterium: dixitq; inter cetera adeo eſſe graue peccatum vt mallet decē virgines cognoſcere q̄ vnicā mulierē nuptā hoc etiam multi qui aderāt elegiſſent.

De paulo qui ignorātibꝰ nōnullis luxuriā cōmouit. 45

a Lter paulus noīe quē ipſe noui: cū Secie vrbe campanie in quadā contione luxuriā deteſtaretur: nōnullos adeo laſciuos atq; intēperantes dicebat vt ad eliciendā maiorē ex coitu voluptatē: natibꝰ vxoris puluinū ſubiicerēt: hoc adeo nōnullos qui id ignorabant cōmouit vt paulo poſt verū eſſe experirentur.

De confeſſore. 46

m Vlier adoleſcens que id mihi poſtea retulit ꝓfecta eſt aliquando ad confitendū peccata ſua prout fit tempore quadrageſime. Cum interloquendum ſe viro non ſeruaſſe fidem reſpondiſſet: confeſſor qui frater erat libidine incenſus: protento palio priapum erectum in manu adoleſcentule poſuit: ſuadens vt ſui miſeretur. Illa rubore perfuſa abiens: matri que haud procul erat roganti quidnam ſibi tantus rubor vellet narrauit confeſſoris ſuaſionem.

De medico & cetera. Reſponſio mulieris. 47

i Nterrogata ſemel a viro mulier: que nam cauſa eſſet: cur cum coitus voluptatis ita particeps eſſet femīa ſicut & vir: tamē homines citiꝰ appeterent

ſequerenturq́ꝫ mulieres q̃ ille viros: tũ illa ſumma cũ ratione hoc ĩſtitutum eſt inquit vt potius nos requiramur a viris. Cõſtat enim paratas ac promptas nos ad concubitũ ſemper eſſe nos nõ item fruſtra ergo viri peterẽtur a nobis cũ eſſẽt ĩparati. Scita facetaq́ꝫ reſpõſio.

40 De medico q tpe belli Bernardo pacem nomĩauit.

Bello quod primum florentini cũ duce Mediolani poſteriore habuerunt lege ſanxitũ eſt capitale eſſe ſiquis de agẽda pace verba feciſſet. Bernardus manecti ciuis facetiſſimꝰ erat ĩ foro veteri: neſcio quid empturus: acceſſit ad eũ frater quadã ex his mẽdicis circumforaneis: qui in triuijs aſtãtes aliquid ſibi a tranſeuntibus dari in neceſſarios vſus petũt: ac quippiã petiturus primis verbis pax tibi ĩquit tum Bernardus quid pacẽ tu nomĩaſti an neſcis capitale eẽ ſi quis de pace loquatur: ab eo inquit: ne quis me huius culpe affinem putet: hoc dicto recedens a nebulonis illiꝰ moleſtia ſe exemit.

41 Fabula domini. F. philelphi.

Erat ſermo inter ſocios: que pena eſſet ſtatuenda ĩ vxores impudicas. Bonifacius ſalutatus ea qua bononienſis amicus ſuus minatus eſt ſe vxorem ſuã affectuꝝ exiſtimabat. Sciſcitantibus nobis penam bononienſis inquit vir haud magno exiſtimandꝰ habet vxorem ſatis liberalẽ & mihi quandoq́ꝫ obſequentẽ: cũ acceſſiſſẽ domũ aliquando noctu foris ſtans: audiui eos acriter collitigantes: ĩcrepabat enĩ vir vxorẽ: accuſans ĩpudiciciã eius. Illa vt moris eſt taliũ: negãdo ſe tuebat̃: tũ vir ĩterclamãdũ Iohanna Iohãna ait: ego te neq́ꝫ verberabo neq́ꝫ percutiã: ſed ĩtantũ te fu-

tuã quoad plenã domũ filijs reddã: atq ita solam te cum natis relinquã postmodum & abibo: risimus oẽs genus supplicij adeo exquisitum quo stultus ille vltu rum se vxoris flagitia putauit.

Cardinalis burdugalensis de histrione.

g Regorius duodecimus anteq̃ pontifex crearet in cõclaui & postea quoq plurima se facturum pollicitus est pro scismate quod tunc in ecclesia vigebat tollendo: atq adeo aliquibus diebus in eo quod promiserat permãsit vt etiam pontificatui se cessurum si opus esset sponderet: postmodũ vero dulcedine ductus dignitatis iuramenta & promissiones omnes irritas fecit: nihil seruãs eorum que antea pollicebatur: hoc egre ferẽs cardinalis burdugalensis vir grauis & consilij singularis mecũ de hisce rebus aliquando loquẽs hic inquit nobis effecit q histrio bononiẽsis se asserẽs volaturum. Cum referari mihi fabulam rogarẽ: histrio fuit nuper bononie ait qui proposito palam edicto se volaturum ex turri quadam que est versus pontẽ sancti Raphaelis miliari amplius extra vrbem predixit: congregato ad diem constitutum omni ferme bononiensi populo sole & fame vsq ad occasum solis homines ludendo macerauit: pendebant oẽs animi suspẽsi ad aspectũ turris volatũ hominis expectãtes. Cum ille interim in turris cacumine ostẽderetur alasq quateret volaturo similis: seq deorsum proiecturum fingeret: erat magna ad hec signa populi acclamatio patulo ore turrim aspicientes tum histrio post solis tandem occasum ne nihil actum videretur: versis ad eos renib⁹ culũ populo ostentauit. Ita elusi oẽs in edia &

tedio confecti in vrbem noctu redierunt. Eodē modo noster inquit qui post tot ostentationes tandem nobis posteriora ostēdendo satisfecit.

51 Responsio Redolphi ad. B.

n On confabulãdi ſed a ſceleribus deterrẽdi grã: 207 res mõſtro ſimilis referet̃. Quidã religioſus ex ordine auguſtinenſiũ romanus: dũ verba haberet ad populũ hac quadrageſime me adſtãte: hortaret̃ ꝙ ad confeſſionẽ peccatoꝝ hoc miraculum ſibi accidiſſe ſex annis antea dixit. Cum noctu in baſilica lateranẽſi cũ aliȷs ſurrexiſſet poſt mediã noctẽ ad matutinas horas deo canendas: ait vocẽ e ſepulchro: quo antea. xviiȷ. diebus quidã romanus ciuis cõditus fuerat ꝑdiſſe ſe pius cõpellantẽ vt ad ſe adirẽt. Illos ad primã vocem territos: tum paulũ confirmato aĩo: quo vox trahebat acceſſiſſe: ac ſubĩde mortuũ dixiſſe ne timerẽt: ſed irẽt calicẽqꝫ afferrẽt & lapidẽ ſubmouerẽt: quo facto ſurre xiſſe mortuũ ac hoſtiam ſacratã quã antea mortẽ ſum pſerat in calicẽ ſpuiſſe: tũ dixiſſe ſe damnatũ maximi cruciari penis: eo ꝙ matrẽ filiãqꝫ cognouerat: q̃ ſcelera nunq̃ fuiſſet confeſſus: his dictis cadauer recubuiſſe.

Predicator multum clamans quõ confundebatur.

c Vm religioſus: ad populum p̄dicans ſepius: vt 208 ſtultoꝝ mos eſt magna voce clamitaret: quedã ex ad ſtantibus feminis ad exclamantis veluti rugitũ plorabat: hac re ſepius animaduerſa religioſus exiſti mans mulierẽ verbis ſuis ex zelo dei & cõſciẽtia notã flere ad ſe vocatã rogauit q̃ cã eſſet gemitus: & uũ ver bis ſuis mentis ſpiritu agitata lachrymas illas pias vt

putabat effunderet. Illa vero vocib⁹ & clamoribus ei⁹ impulsam se acriter animo cõmoueri & dolere respõdit: se enim viduã esse cui oli asellus a marito esset relictus ex quo patrẽ sui victus traheret: eũ sepi⁹ vt religiosus ille cõsueuerat rugire die noctuqꝫ solitũ tũc defunctũ se miserã sine subsidio reliquisse: itaqꝫ cũ predicantem illũ audiret magnis vocibus resonantẽ similẽ illũ voce asino suo videri cui⁹ recordatiõe cõmota ad flendum etiã in vita impelleretur: stultus ille latrator potius q̃ predicator sua stulticia confusus abijt.

De adolescentula per senem maritum delusa.

109 f Lorentinus iã senex vxorẽ duxit adolescentulã que a matronis edocta vt primo insultu noctis obsisteret viro neqꝫ primo prelio arcẽ traderet renuit congressum. Vir ad nauigandũ plenis ad id impensa opera velis paratus vbi illã renitentẽ cognouit: q̃siuit cur sibi nõ obsequeret̃. Cũ virgo dolorẽ capitis causasset: vir demissa virga in aliud latus reuolutus vsqꝫ ad diluculũ dormiuit: puella sentiẽs se nõ amplius peti: dolensqꝫ cõsilium datũ & se postulatis nõ consensisse: excitato viro dixit se nõ amplius dolere caput: tũ ille & ego nunc doleo caudam respõdit: vxore virgine vt erat relicta. Sanum igitur consilium est accipere rem proficuam cum datur.

De reliquijs bracharum cuiusdam minoris.

110 Es digna risu & vt confabulationibus inserat̃: nuper accidit amelie: nupta mulier & mota vt exstimo bene agendi cõscientia cõfitebat̃ peccata sua religioso ex ordine minoꝝ: hic iterloquẽdũ exarsit in cõcupicẽtiã carnis: & tandẽ multis verbis muliere i volũ

tatē suā traducta: q̄rabaт̄ facultas & locus rei cōficien
de. Placuit vt mulier se egrā fingens. hunc fratrē pro
cōfessore ad se vacaret. consuesse enim solos eiusmodi
homines reliqui: vt remotis arbitris q̄ ad animā spe=
ctant libera sit loquendi facultas. Illa ficta egritudine
corporis lectū ingredit̄. dolorem ꝑgrandē simulat cō
fessorē accersit qui vt ad eā venit cū ceteri abissent. sol⁹
solam sepius cognouit. cū diutius morarent̄ interuētu
alioꝝ frater veluti nondū perfecta cōfessione abijt po
stridie reuersurus redit mulieris supra lecticā brachis
positis. priori modo peccata examinat: Vir non nichil
suspicās de tam lōga cōfessionis mora cubiculū ingre
dit̄. ille subito īteruētu ꝑculsus brachas oblitus abijt:
maritus brachis visis exclamat adulterum nō fratrem
esse: totaq; domus ad bracharū aspectū facinus indi=
gnum cōclamat. Euestigio primariū conuent⁹ fratrū
vir clamitans cōuenit. indignum factū querit̄ mortem
malefico minat̄. Alter qui senex erat irā cōprimit asse
rēs illū improprie familie: suumq; dedec⁹ exclamare
taciturnitate & reticentia esse opus vt contegeret̄ cri=
men. Ille ita rem palam esse repertis brachis ait vt ne
queat celari. Senex ad id remedium profitetur: asser=
tuꝝ se enī illas sancti francisci brachas esse: quas frater
ad liberandā mulierē portarit: accessurūq; eo ꝓfitetur
cū ꝓcessione & pōpa brachasq; publice exinde repor=
tatuꝝ: ꝓbato cōsilio primari⁹ fratres illos cōuocat: ac
cū cruce vestibusq; sacris domū illi⁹ accedit brachasq;
deuote capiēs & tanq̄ reliquias religiosas suꝑ pepulū
sericiū suspēsis manibus ferēs: tū viro tū matri: tū reli
quis obuijs exosculādas porrexit: & magna cū cerimo

nia & cantibus ad conuentum deductas in sacrario cũ ceteris reliquijs locauit: detecto postmodũ dolo oratores eius vrbis questum eam iniuriam venerunt.

De breui contra pestem ad collum suspendendo.

211 n Vper cũ iuissem tibur cupidus videndi liberos quos eo pestis cã ex vrbe miseram audiui rẽ dignã risu & cõfabulationibus nostris: paucis antea diebus frater quidã ex his circulatorib⁹ ĩ vicinis castellis ad rusticos ꝑdicans pollicitabať: erat enĩ pestis suspicio: se daturꝝ eis certũ vt aiũt breue: qđ ad collũ q gestarẽt nũq̃ peste possent ꝑire: stulta plebecula hac spe cõmota: ꝑcio quo poterãt breuia redimentes ad collũ filo virgineo suspendebãt: edixerat aũt frater ne quis breue añ diẽ. xv. reseraret: id si fecissent virtutẽ amissurꝝ: multis cõtractis numis frater recessit breuia postmodũ lecta sũt vt ẽ cupiditas hominũ noua cognoscẽdi: ĩ eis vulgarib⁹ verbis scriptũ erat. Dõna si fili & cadeti lo fuso: qñ ta fieri tieni lo culo chiuso: hec sũt latie. Mulier si filas & cadit tibi fusus qñ te flectis tene culũ clausũ: hoc oĩm medicorꝝ ꝑcepta exuꝑat & medelas.

Angeloti Cardialis os potius claudẽdũ aꝑiebať.

212 a Ngelotus Romanus admodũ loquax & maledicus nemini parcens erat: Cũ culpa tẽporis ne dicã stultitia hoĩm cardialis eẽt fact⁹: aliq̃diu vt moris est ĩ secreto cõsistorio cardialiũ tacuit vulgo enĩ clauiũ os tenere nouos cardiales aiũt: donec põtificis ꝑmissu loquãť cardialis sãcti Marcelli certo die cũ ab eo petisset & qđ nã ĩ cõsistorio egissẽt: os ĩqt aꝑuim⁹ Angeloto: tũ ego sati⁹ inq̃ cõsultiusq; fuisset illi os sera valida occlusisse. ¶ Equũ exq̃situ ꝑstauit redolph⁹ se petẽti.

B Redblpho camerinensi cuius supra meminꝰ: 213
quidã nobilis ex piceno dono petiuit equum: cui
tot cõditiões ad pulchritudiem virtutemq; adiecit: vt
nullo pacto talis equꝰ iter sua armẽta repiri posset: tũ
redolphꝰ quo illiꝰ volũtati satisficeret: equã & stallo-
nẽ vulgo aiũt ex suis elegit atq; ad illũ destiauit iqens
se ei istrumẽta mittere qbꝰ equũ suapte mõ cõficeret:
cum nullus eiusmõi put postulasset iter suos repiret:
hec verba monent ne adeo exquisita petamus vt aut
difficilia sint aut negentur honeste.

Cõtentio mulieꝝ extorsit dictum risu pdignum.

q Vedã i vrbe quã nouimus mlr corporis q̃stu vi 214
tã ducens habebat filiã grãdiorẽ natu admodũ
pulchrã: quam veneri dedicauerat: orta iter ipam ali
qñ ad vicinã suã eiusdem pfessiõis cõtentione ad iur-
gia & verboꝝ cõtumelias puenerũt: cũ vicia quorũdã
maioꝝ auxilio cõfisa: matri & filie acriter minaret: tũc
illa tacto filie desup femore: hoc mihi saluet & custo-
diat deus iquit: qua tuta omnia tua verba & minas cõ
temno: optime quidem respondit: nam egregio patro
cinio & quo multi delectabantur fidebat.

Sacerdos laicum delusit se capere volentem.

s Acerdos quidã meridie cũ vxore rustici iacebat 215
i lecto sub quo latebat rusticꝰ: vt sacerdotẽ dep
hẽderet: cũ sacerdos labore forsan nimio i quendã le
uem vertiginẽ icidisset necius viꝝ sub lecto abscõsũ: o
totũ terraꝝ orbẽ mihi videor cõspicere iquit: tũ rusticꝰ
qui pridie asinum perdiderat: iniuriarum oblitus: ho
respice q̃so ait: an sicubi asinum meum forsan videres.

Fulloni in anglia accidit res miranda cum vxore.

216 c Vm essem in anglia: fulloni res rideda & haud
reiicienda a nostris confabulationibus contigit.
Is cum vxorem haberet multosq̄ pterea in familia iu
uenes atq̄ ancillas: iiecit animum in vnam eaꝝ q̄ pul
chrior atq̄ venustior videbat̄: cum eam coitus requi-
sisset: sepius illa rem detulit ad matronam eius cōsilio
assētit̄ prono: p̄stitit die atq̄ hora ī locū secretū ac sub
obscuꝝ mr̄ona latuit ꝓ ācilla: accessit vir mulierēq̄ co
gnouit nesciēs vxorē eē: pacto opere exiēs a cōclaui:
quid egisset narrauit vni ex iunioribus: eūq̄ hortatus
est vt etiam ipse ancillā ꝓut credebat subagitaret: ac-
cessit ille quē mulier ꝓ viro excepit nihil: locuta: cum
post eū & itē alter a viro missus esset: mulier extimans
maritum esse: tertium cōgressum passa est. & ipsa virū
& illi ancillam esse opinati digressa occulte postmodū
a loco mulier noctu maritū redarguebat: qui ī se esset
remissus & in ancillam adeo libidinosus vt vna die ter
se pro ancilla cognouisset: dissimulauit vir errorē suū
& vxoris cuius ipse causa fuisset peccatum.

Confessio tusca & postea brusca.

217 q Vidam qui sororis pudicicie nō pepercerat: ro
mam accessit criminis confitendi causa: confesso
rem q̄rens qui tuscus esset: ostēso homine accessit pri-
mum petēs an tusce loqui nosset: annuēte illo inter ce
tera delicta dixit: se cū esset ī cubiculo solus cū sorore
tēsa balista sagitasse illā tū cōfessor o scelus īquit nun-
quid sororē occidisti: minime rn̄dit ille sed tu nō ītel-
ligis sermonē tuscū: noui satis alter ait: cū sim ibi geni
tus: nēpe dixisti tēsa te balista sagitasse sororē: non ait
ille ita ītelligo sed dico me tetendisse balistā & impo-

ſuiſſe ſagittã & in ſororem miſiſſe. Num tu vulneraſti
eam inquit: aut faciẽ vel aliquod mẽbrũ leſiſti: ho re=
ſpondit ille neſcis ſane loqui tuſce: atqui alter verba
que dicis noui ſed caue ne tu loqui tuſce ignores: non
dico ĩquit me ſororẽ vulneraſſe: ſed ſagittã tẽſa baliſta
emiſiſſe: cõfeſſor qui diſſimularet ſe ignorare q̃ dicerẽ
tur: ille vero iteraret cõfeſſorẽ nõ ĩtelligere tuſcã lin=
guam repetẽs baliſte & ſagitte caſum: niſi aliȷs verbis
vtaris ait quid ſentias ignoro: tũ alter cum diu pudore
tergiuerſaſſet: tandẽ vulgaribus verbis dixit apte ſo=
rorẽ ſuã ſe comp̄ſſiſſe hic alter: nũc tu loq̃ris tuſce apd̄
tuſcũ inquit te plane ĩtelligo: & ĩpoſita erroris penitẽ=
tia receſſit. Mali animi eſt pudorem verbis oſtendere
cum opere impudicus fueris ac ſceleſtus.

De prelio picarum & gracularum.

h Oc anno milleſimoquadringenteſmo quinqua 118
geſimoprimo menſe aprili res mõſtro ſimilis ac
cidit in cõfinibus gallie & eius que nunc dicitur britã=
nia: pice & gracule aues aciebus inſtructis in aere im=
menſo clangore per vniuerſum diem acriter pugna=
runt: victoria penes graculas ſtetit: ex eis ad duo ex
picis ad quattuor millia in terra mortue ſunt reperte:
quid id prodiguum ferat tempus oſtendet.

Facetum dictum Franciſci de Ianuenſium filiȷs.

f Ranciſcus quaratenſis mercator florentinus mo 119
rabat̃ ianue cũ vxore & familia: filiȷ ſui macilẽti
erãt & graciles corpore ianuenſiũ filiȷ habitiores ſunt:
& robuſtiores: petiuit quidã ex eis ab frãciſco cur filiȷ
eius ita tenues eſſẽt & natura imbeciles ianuẽſiũ vero
nõ item: tũ ille cauſa eſt inquit ĩ ꝓmptu: ego enĩ ſolus

filios meos creo vobis vero ad filios ꝓcreādos multo
rū subsidia opitulant̄ Ianuēses quippe sumpta vxore
paulopost nauigāt: vxores desolatas viris alioꝝ presi
dio vt aiunt annis pluribus relinquentes.

De facto cuiusdam florentini iusto sed bruto.

120 r Etulit in cetu hominū mihi familiaris florētinū
quendā quē nosset vxorē formosā habuisse quā
multi porci seq̄rent̄: ex eis quidā serenatas vt aiunt cū
sepiꝰ noctu accēsis cereis vt moris est ī via ꝓpe domū
facerēt: viꝝ admodū facetū semel tubaꝝ cātu excitatū
cū surrexisset de lecto ad fenestrā cū vxore accessisse
cōspectaq; tumultuātiū & lasciuiētiū turba magna vo
ce astātes rogasse vt ad se paulū suspicerent: cū ocl'os
oēs ad eā vocē substulissēt illū exerto & extra fenestrā
porrecto cuiꝰ erat copiosꝰ priapo ianē laborē & īutilē
sūere illos ait: cū viderēt se hēre vn̄ etiā vberius q̄ ipsi
possent vxori satisfacere: itaq; cōsulere vt huic eoꝝ mo
lestie parcerēt nō ꝓfut̄e quo ꝑfacete dicto ab suꝑflua
cura destiterunt.

Faceta petitō senis laborē copule ferre nō potētis.

121 a Deiecit & alter similē fabellā florētini quoq; vi
cini sui qui cū eēt etate natura vxorē dux erat iu
uenē hāc amare cepit. Ricardus de albertis adolescēs
nobilis ac pulcher qui siliter sono & cātu ꝑ strepētibꝰ
in via plīmis noctu hoiem a somno sepius excitabat:
at is demū ad bn̄dictū adolescentis patrē ꝓfectus nar
rata priori eoꝝ cōsuetudie & mutuis officijs post lōgā
q̄relā grauiter q̄stus est se nihil cōmeruisse cur eius fili
us se vellet occidere: ad hec pr̄ stupens idq; egro aīo
ferēs rn̄dit se id facinus ꝓbituꝝ: & simul rē sibi narrari

postulat quo filiū posset acrius cōpescere: tū alter vxo
rē meā inquit deperit filius tuus sepiusq́ suis tibijs &
sonitu me & vxorē dormiētes noctu suscitat: quo fit vt
vigilās vltra q̄ vires ferant vxorem ne alium appetat
coner subagitare: quod cū sepius accidat iā deficiunt
ad id opus vires: ita ni tuus filius ab īcepto desistat: iā
iam tali vigilia pereā necesse ē: quo ioci genere Riciar
dus patris monitu haud amplius illi molestus fuit.

Facetum dictum meretricis adiocans venetis.

c Vm essem in balneis petriolanis audiui a quo- 222
dā erudito viro dictū meretricis facecū sane: &
haud īdignū reliquarꝫ cōfabulationū nostrarꝫ societa
te. Scortū erat ait venetijs vulgare ad quod diuersarꝫ
gētiū viri accederent: q̄siuit aliq̄n ab eo quispiā: q̄ sibi
hominū natio maiori mēbro virili eē videret. Mulier
euestigio venetos respōdit. Cū causa postularet: quo
niam inquit tā lōgo sunt priapo: vt cū sepius in remo-
tissimis & vltra mare sitis prouincijs versent̃ tn̄ cū vxo
ribus cocant & ꝓcreent filios: iocata est in illorꝫ vxo-
res quas viri ꝓfecti peregre relinquunt aliorum cure.

Facetum dictum indocti doctiores confundens.

Vm plures religiosi de etate & operibus saluato 223
ris nostri: & quomodo post trigesimū annū p̄di-
care cepisset colloquerent̃: quidā rudis litterarum ad
stans quesiuit ab eis: quid primum iesus fecisset postq̄
trigesimum annum excessit. Cum alij hesitarent: alij
varia sentirent: nescitis īquit ille cū vestra doctrina rē
cognitu facilem: petētibus illis quid primum egisset:
trigesimūprimum annum ingressus est: ait omnes ab
orto risu facetum hominis dictum commendarent.

Salſum hoīs dictū cōtra mercatorē alios accuſantē.

224 Arolus gerij mercator florētinus: ex his mēſarijs qui romanā curiā ſequunt̄: acceſſit auinionē ꝓut moris eſt mercatoꝝ qni in diuerſis ꝓuīcijs negociant̄: romā deinde reuerſus in cōuiuio domeſticoꝝ cum q̄reretur ab eo interloquendū de vita & moribus florentinorū qui auinione cōmorabant̄. Reſpondit guaudere omnes & alacres eſſe: nā quicunqꝫ ibi per annum fuiſſent dementes efficerent̄: tū Aldigherius quidā ex cōuiuis homo perfacetus rogat Carolū quanto tempore ibidem commorat9 eſſet: cū ſex mēſes tantū Carolus reſpōdiſſet: tum alter ꝑoptimo inquit ingenio Carole extitiſti qui quod alij anno ſolent tu ſex menſibus perfeciſti: riſimus omnes ſalſum hominis dictum.

Bellum mulieris reſponſum ad iuuenē ſuo amore flagrantem.

225 i Vuenis quidā florentie amore calebat mulieris nobilis atqꝫ honeſta: quam ad tēpla & quocūqꝫ diuerteret frequentius ſequebat̄: hic cū ſocijs temp9 ſibi & facultatē dari optabat: quo mulierē paucis verbis a ſe ad id p̄meditatis & cōpoſitis poſſet alloqui: cū ſemel ad templū ſancte Lucie feſto die mulier acceſſiſſet: tempus loquēdi adeſſe ex ſocijs vnus ait: cū vidiſſet eam ſolam ad fontē adire aque bn̄dicte: ille velut amiſſo ſpiritu ſtupidus hortante atqꝫ īpellente ſocio: ꝑpe mulierem abijt: oblituſqꝫ eoꝝ q̄ cogitauerat neqꝫ auderet loqui: ſocius aūt īſtaret vt ſaltē verba funderet tandē ille domina īquit ego ſum veſter ſeruicialis: ad q̄ verba ſubridens femīa: ſatis ſuꝑqꝫ ſatis famuloꝝ habeo īquit domi: q & eā verrāt & ſcutellas ac īciſoria

lauẽt vt pluribus mihi ſeruitialib⁹ nõ ſit opus: riſerũt ſocij & hoĩs ſtupiditatẽ & bellum mulieris reſpõſum.

De nobili quodam tempore frederici imperatoris in armis preſumenti ſed nil facienti.

t Empore quo Fredericus imperator qui in bõ- 226
conuentu oppido ſenenſium defunctus eſt prope florentiam ad ſecundum lapidem vt hoſtis caſtra poſuit: multi nobiles ad tuendã patriã arma ſumpſerant caſtris hoſtiũ inſultantes: tũ quidã ex nobili familia iactabũdus aſcenſo equo armatus: extra portã extento curſu ferebat̃ increpãs tarditatẽ ceteroꝝ: qui veluti timidi tardius incederent. ſeq; vel ſolũ clamitans cũ hoſtibus cõgreſſuꝝ: cum miliaris ſpaciũ currẽdo & vires ſuas iactando trãſegiſſet: videns quoſdã vulneribus cõfectos ab hoſtibus reuerti: cepit paulatim incedere tardi⁹ lẽtoq; paſſu ꝓficiſci: audito vero hoſtiũ cum ciuibus pugnantium clamore: conſpectaq; a longe preliantium pugna gradũ fixit immobilis cum quidam qui eius iactatoris verba audierant: cur non vlterius progrederetur ad pugnam rogarent: tum ille cũ aliquãdiu ſiluiſſet: tandem non ſentione ita fortem & ſtremum armis eſſe ait vt perſuaſeram mihi. Penſitande ſunt animi & corporis vires neq; plus promittendũ q̃ queas preſtare.

De hoĩe qui per bienniũ cibũ nõ ſumpſit neq; potũ. 227

Ereor ne id quod noſtris cõfabulationibus ĩſerã ceteris fabuloſius videat̃: cũ & natura tepugnet & ꝑter modũ videat̃ mirandnm tñ ita veꝝ eſſe cõpertum eſt vt ĩpudens videat̃ id negare. Quidam Iacobus noĩe qui tempore Eugenij erat ĩ romana curia ex

his qui vocant copuste: cum ad patriã nouiomũ in gal
liam redisset: icidit i morbũ grauẽ & diuturnũ: lõgior
esset futura narratio si oïa recẽsere velim q̃ sibi i mor-
bo asserit cõtigisse tandẽ post ãnos multos ãno. vi. Ni
colai quinti põtificis reuersus ad curiã vt iret ad sepul
chrũ saluatoris nostri nudus & iops: nã i itinere icide
rat in latrones: diuertit apud curiales vicios meos ho
nestissimos viros quibus antea fuerat notus. Is biẽnio
iã post morbũ dicit se neq̧ comedisse neq̧ potasse cuiꝰ
rei piculũ factũ est sepius hõ macerrimus est sacerdos
& sane mẽtis vt qui officiũ cõtinue dicat & missam me
vidente audierit. Plures & theologi & phisici cũ eo se
rio locuti sunt: rẽ cõtra naturã aiunt: sed ita certa est vt
pernicacis sit id nõ credere. Cõcursus ad eum fit quo-
tidie hoïum pcontantiũ: multi varia de hoc sentiunt.
Sũt q existimãt corpꝰ illud a demone habitari sed nul
la signa i eo apparẽt nisi prudẽtis viri pbi & religiosi:
qui hodie quoq̧ scribẽdi exercitio vacat: alij humorẽ
melãcolicũ asserũt pbere nutrimẽtũ cũ ipso egomet se
pius sum colloquutus: falsa existimãs q̃ dicebant. Is
quoq̧ non minus q̃ reliquos se ex hoc admirari dicit:
non tñ subito sed paulati in hanc cõsuetudinẽ descẽ-
dit: ego rẽ hãc magis admirarer: nisi reuoluens nuper
quosdã annales quos i gallia oli trãscripsi legisse. Idẽ
tpe Lotharij impatoris & pascalis pape anno dñi octi
gẽtesimo vigesimo secũdo cõtigisse puellã scilicet duo
decim annoꝝ in territorio tullẽsi villa comertiaci: post
assumptã in pascate sacrã cõionem: primo p decẽ mẽ
ses pane deïde triẽnio potu & cibo abstinuisse: postea
redisse ad priorem vitam quod & iste se sperat futuꝝ.

Facetum dictũ hominis asinũ erudire ꝓmittentis. 228

Irannus ad exhauriendum bonis subditũ qui se
multa factuꝝ iactabat: sub graui pena p̄cepit vt
asinũ litteras doceret: ille ĩpossibile ait fore: nisi multũ
temporis sibi in erudiendo asino cõcederetur: petere
quantum vellet iussus decennium impetrauit: deride
batur ab omnibus: quoniã rem impossibilem suscepis
set. Ille amicos solatos nil timeo inquit nã interim aut
ego moriar aut asinus: aut domin⁹: quib⁹ verbis ostẽ
dit salutare esse rẽ difficilẽ ĩ longũ protrahi ac differri.

De p̄sbytero epiphniã an vir eẽt vel femĩa ignorãte.

ſ Ocius quidam in festo epiphanie narrauit mihi 229
stultitiã ridiculam sacerdotis cõtribulis sui. Sa-
cerdos fuit inquit qui populo nuncians epiphanie ce-
lebritatem futuram. Cras ait summa deuotione vene
remini Epiphaniam: maximũ est enim & precipuum
festum nescio autem vir fuerit an femina: sed quisquis
extiterit a nobis est sũmo timore hic dies custodiẽd⁹.

De quodam equestre corpulento.

e Questrem quendã admodũ corpulẽtum vrbe 230
perusium ingressum cũ permulti: natura enĩ ad
facetias sunt prompti: anteriori cõtra morẽ equiparte
iocãdo mala ferre dicerent. Ille faceto responso atqui
ita est opus ĩquit in vrbe furibus ac latronibus referta.

Fenerator ficte penitus in peius recidiuat.

D senem quendã feneratorem qui artẽ se desiisse 231
simulabat: accessit homo pecuniam sub fenore
sumpturus: tulitq; in pignus crucem argenteã in qua
inerat portiũcula ligni crucis saluatoris nostri: cum pe
teretur a sene vt pecuniã mutuaret: ego inquit ab hoc

fenerandi peccato iã destiti: sed vade ad illũ filiũ meũ ait: & nomen dixit: qui animam ꝓfligauit ac ꝑdidit vt mutuet tibi: misitq; domesticũ cum illo domũ filij mõstratuꝝ cũ iam abissent lõgius: heus tu inquit domestico: dic filio vt meminerit deducere de p̄cio ligni pondus noluit qui ad consciam se redisse finxerat: vt filius lignum crucis extimaret pro argento: id vilius argẽto putans: facillime res in suam naturam redit.

De auiculis fabulose & false loquentibus.

222 q Vidam auiculas capiens in cauea reclusas: stricto manibus capite ĩterficiebat. Interim casu lachrimas cepit emittere: tũ vna ex reclusis ait reliquis: bono sitis aio: nã vt video lachrymãtẽ nostri miseret: hic senior ex eis o fili ĩquit nõ ad oculos respice sed ad manus: nõ ad verba sed ad opa mõstrãs eẽ a nobis respiciẽdũ. ¶ Catenis varijs collũ cingẽs stultior estiat.

223 o Rdinis equestris quidã mediolanẽsis miles gloriosus qui orator florentiã venerat quottidie in ostentationẽ: diuersas varij generis ad collũ catenulas deferebat: hui⁹ ianẽ iactantiã videns nicolaus nicolus vir doctissim⁹ & ad iocos ꝓmpt⁹: ceteri stulti ĩqt vnica catena se viciri patiunt: huius aũt ĩsania. tãta est vt nõ sit vna catena contentus.

Facetum Redolphi camerini in oratorem contra omnes dominos iniectum.

224 b Ellum quod inter pontificẽ Gregoriũ. xi. & florẽtinos est gestum picenũ & oẽs ferme ecclesie romane ꝓuicie a põtificẽ desciuerũt: orator raconatẽsium florentiã missus gratulat⁹ est apud priores ob restitutã eis florentinoꝝ ope libertatẽ multisq; verbis in

pontificē suosq; ministros & p̄cipue cōtra dn̄os oēs & tirānos īuectus est malū eoꝶ regimē & facinora dete status nulloq; adhibito respectu Redolphi dn̄i came rini: qui tū dux florentinoꝶ aderat cū eiusmodi legati audirent̄: diutius versat⁹ est ī eoꝶ detractione: tū re= dolphus petens ab oratore illo cui⁹ facultatis aut artis esset: cū ille doctorē iuris ciuilis se diceret: q̄siuit quā tum tēpus legib⁹ opam dedisset: cū ille amplius decē nio respōdisset: q̄ vellē inqt vt saltē annū discretionis studio vacasses: stultum illum iudicans: qui tam mul ta se presente contra dominos effudisset.

De arbitro in cuius domo porcus oleum effudit.

q Vidam arbiter inter duos litigantes datus ac= 225
cepit ab vno vrceum olei ea spe & pollicitatiōe: vt pro se iudex sn̄iam ferret: hoc sentiēs alter porcum pinguē misit iudici: rogans vt sibi faueret: tulit ille sen tentiā ꝑ porco qd̄ sentiēs alter cū & fidem datā & oleū missum apud iudicē q̄reret̄ porcus īquit domū venit: & inuento oleo vas effregit atq; oleum dissipauit adeo vt tui fuerim oblitus optima venalis responsio.

Iuuencularum a Caluo quodam faceta delusio.

i Vuuēcule due cū essent ad fenestrā dom⁹ supra 226
ortū site exibat ortolan⁹ senex & calu⁹ ad sumē dū cibū quē cū ille vidissent caluicie: deformē petiue= rūt nūquid cupet scire quo pacto pili nascerent̄. Assen tiēte illo ioci cā dixerūt vt caput aliquādo vrina laua= ret vxoris: tū ille ad eas versus hanc vestram medelā ridēs īquit nequaq̄ verā esse: vxoris mee factū cōpro= bauit q̄ licet hūc sociū meū priapum manu ostēdens: iā triginta lauerit annis tn̄ nulli in eo pili exorti sunt.

De Meſſer perde elepiato.

237 h Enricus de mõte leone cauſaꝝ procurator erat
in romana curia ſenex admodũ & parũ in ea fa
cultate. Vñ meſſer perde elepiato vulgari verbo ap=
pellatur id eſt dominus perdens lites: cũ ſemel ab eo
poſtularet̃: cur in ſingulis ſemper cauſis ſuccumberet.
Quoniã nullus ĩquit niſi iniuſtitiã petẽs litigaturꝰ pa
trociniũ meũ petit: vt neceſſe ſit me ſemꝑ eſſe in cauſa
iniqua inferiorẽ faceta ignorantis hominis reſponſio.

De Cantilena tabernarijs placida.

238 v Iator quidã eſuriens cũ diuertiſſet ad cauponu
lam ventrem cibo potuqꝫ fartiuit: petente pecu
niam caupone: ait nullos ſibi eſſe nũmos ſed cãtilenis
ſe ſatis eſſe factuꝝ: tabernarius nõ cantu ſed ꝓcio ſibi
opus eſſe reſpõdit: quid alter ſi eã cantionẽ dicã q̃ pla
ceat tibi: num ea pro pecunia cõtentus eris: annuente
caupone cepit viator canere: & an ea placeret interro
gauit: cũ abnuiſſet caupo vnã & deinde alterã cecinit:
nullius cantu ſibi ſatiſfieri ille teſtatus eſt: hic viator:
dicam ergo nũc inquit eã q̃ tibi ſunt placitura: & arre=
pto marſupio diſſoluẽti ſimilis cepit cantionẽ qua via
tores vti cõſueuerũt. Metti manu alla borſa & pagha
loſte: hoc eſt mitte manũ ad burſam & ſatiſfac hoſpiti.
hac dicta nunquid illa ſibi placeret rogat: placet hec ĩ
quit hoſpes: tũ viator ſatiſfactum eſt tibi ex pacto ait:
poſtq̃ hec cãtio placuit tibi. Ita abſqꝫ ſolutiõe diſceſſit.

De Gracili quodam faceta reſponſio.

239 c Iuis noſter mihi amiciſſimus: eſt admodũ gra
cili corpore ac macilentus: admirãte quodam
huius rei cauſam facetus quidam quid miraris inquit

quod est in promptu semihoram quippe hic cibo ca-
piēdo sedet: in secessu ad emitendū duas: mos enī illi
est vt plurimū temporis in purgando ventrē īpartiat.

Faceta respōsio mulieris pugillare vacuū habētis.

m Atrona e nostris honestissima mulier: querēti 240
tabellario nunquid litterrarū ad maritum dare
vellet: ab erat enim longius reipublice legatus quo-
modo inquit possum scribere: cum vir calamum detu
lerit secum mihi pugillare vacuum reliquerit. Faceta
atq; honesta responsio.

Ridenda de paucitate amicorum dei responsio.

d Egrum quidam ciuē nostrū p̄facetū qui gra- 241
ui morbo diutius torq̄bat: accessit r̄ligiosus hor
tandi grā: cū vero īter cetera cōsolationis verba dixis-
set: solere deum quos diligeret hoc pacto castigare &
in cōmodis afficere. Nō mirū est inquit egrotus si tam
paucos amicos habet habitur⁹ si ita tractaret eos etiā
pautiores.

De Antoni fratre de laico ac lupo.

r Eligiosus ex his questuarijs qui pro saucto An 242
tonio elemosinam petunt: agricole ad dandū
sibi nescio quid frumenti persuasit: ea pollicitatione vt
asserer et res omnes suas & oues presertim per eū an-
num saluas atq; incolumes fore: huiusmodi rusticus
promissis fidēs: cum oues licētius vagari permisisset:
lupus plures ei comedit: qua ex re indignatus villic⁹
cum anno altero questuarius pro frumēto rediret ne-
gauit se quicq̄ daturū: & simul questus est inanes suas
fuisse pollicitationes. Sciscitatus causam: respondit ab
lupo oues suas raptas. Lup⁹ īquit alter: hoho mala ea
bestia est & absq; fide: cauebis ab ea. Nō enī sanctum

Antoniũ tantũ ſed ipſum chriſtũ ſi poſſet falleret. Stul
tũ eſt nihil fidere quoꝝ exercitiũ ĩ fraudãdo cõſumit̃.

De mirabili confitenti & confeſſore reciproca pro
ſatiſfactione putanti.

243 q Vidam ſeu ſerio ſeu ſacerdotis ludẽdi cã ad eũ
adijt aſſerens ſe peccata ſua cõfiteri velle iuſſus
dicere q̃ meminerat: ait neſcio quid ſe ab altero clã fu
ratum: ſed illũ multa plus eripuiſſe ſibi: tũ ſacerdos al
terũ inquit ꝑ altero cõputet̃ quoniã pares ĩ facto eſtis:
addidit etiã ſe aliũ quempiã verberaſſe: & ſe quoqꝫ ab
eo vapulatũ: eo modo ſacerdos parẽ fuiſſe culpã & pe
nã dixit plura ſimilimodo cum retuliſſet ſemp̱ ſacer-
dos alterum ꝑ altero cõpenſandũ reſpõdebat: tũ ille
reſtat nunc peccatũ inquit ingens quod dicere vereor
atqꝫ erubeſco: tibi p̃ſertim ad quem maxime ſpectat:
cum hortaretur eum ſacerdos ad deponendam vere
cundiam & libere ꝯfitendũ crimen cum diutius recu
ſaſſet: tandẽ motus exhortãtis ſacerdotis verbis. Ego
inquit ſororẽ tuã cognoui tum ſacerdos & ego matrẽ
tuã ait ſepius futiui: itaqꝫ vt de reliquis alterũ alterius
culpã luat: ita paritas criminum peccatorem abſoluit.

Duorũ florẽtinoꝝ adoleſcẽtiũ dicta ſale reſperſa.

244 a Doleſcens quiſpiã florentie deferebat ad arni
fluuiũ retia quibus lauant̃ lane huic obuius di
cax puer ridendi illius gratia: ad quod cum iſtuc rete
pergis aucupium ĩquit: tum ille ad exitum lupanaris
vado: vt extenſo ibi reti capiam matrem tuam eueſti
gio alter heus tu inquit pulſa locam diligentius: nam
& ibi quoqꝫ repies tuã: duo eodẽ ſale reſperſa dicta.

Adoleſcentis confuſio ſuper menſam.

mingentis in conuiuio.

n Obilis in vngaria adolescēs a quodā nobiliore ,245
quo cum sibi affinitas erat ad prandium vocatꝰ
accessit cum famulis equester cum abesset lōgius. Cū
ex equo descendisset viri mulieresqꝫ obuiam prodeūt
adolescentēqꝫ euestigio & hora erat tardiuscula ad tri
cliniū conuiuio paratum deducunt: lotis deinde statī
manibus in mensa inter duas formosas adolescētulas
hospitis filias adolescens collocat̃: qui emittende vri=
ne cupiditate pre pudore tacita neqꝫ vlla data diuertē
di facultate inter edendum mingendi cruciatus ita ve
xabat̃ vt ciborum cogeret̃ obliuisci: cū omnes suspen
sum animi remissioreqꝫ in sumēdo cibo viderēt ac hor
tarent̃ ad edendū: ille dolore motꝰ dextra manu sub
tus mēsam posita priapū occulte exertū in alterā ocre
arum mingēdi gratia demisit. Adolescētula dextre ꝓ
xima heus ede alacriter īquiens brachiūqꝫ subito ap=
prehendēs manū extulit supra mēsam virilia renentē
ac mingentem ex quo vrina mēsa respersa est: ad tam
insolitum spectaculum risere omnes adolescente ad=
modum verecundia perfuso.

Callida consilia femine in facinore deprehense.

m Vlier prope florentiā publici hospitis vxor ad ,246
modū liberalis cū quodā cuius vsu tenebat̃ cu
babat in lecto. Accessit īterim de īprouiso & alter: idē
qđ prior facturꝰ: quē ꝑsentiēs scalas ascēdentē mulier
atqꝫ obuiā facta: acriter eū iurgare & vlteriore aditu ar
cere cepit: asserēs nō esse tēpus quo ei satisfieri posset:
rogāsqꝫ vt euestigio abiret renitēdo altercāoqꝫ cū ali=
quādiu tēpꝰ tereret̃ superueniēs vir: quid sibi ea vellet

concertatio quesiuit: femīa ad fallendū ꝓmpta: hic ī-
quit iterato aīo vult superius ingredi ad vulnerandū
quendā qui ī domū cōfugit: quē adhuc cōtinui ne tan
tū facinus hic patraret̃ ille qui latebat his auditis ver
bis sumpto aīo cepit minari se vultuꝝ iniuriā dictitās.
Alter iterū priori vim & minas intētare se simulabat.
Vir stultus q̄sita cā dissensionis onus rei cōponende
suscepit & cū ābobꝰ vna collocutꝰ pacē cōposuit soluēs
etiā de suo vinū vt vxoris adulterio adderet iacturā
potꝰ callida sūt ꝓfecto femīe cōsilia ī faciore dep̄hēse.

De mortuo viuo ad sepulchrum deducto loquēte
& risum mouente.

247 Erat florentie stultus cognomine nigniaca haud
nimiū insaniens & satis iocundus. Iuuenes qui
dam faceti ioci gratia cum vellent ei persuadere illum
grauiter egrotare re composita: exempti mane domo
vnus obuiam fit petens nunquid ei mali tū facie esset
immutata & pallida contigisset: nequaquam respōdit
stultus. Cum paulum processisset longius alius ex cō
posito rogauit an teneretur febri cum macra esset fa-
cie & egritudinem ostentante: cepit ad dubitare stul-
tus verum quod dicebatur credens: cum prodiret ti-
midus lento passu tertius vt constitutum erat conspe
cto illo: vultus ait tuus iudicat te febri valida torque
ri & grauem morbum esse: timuit ille magis & repres-
so pede cogitabundus animo pendebat an febri cita-
ret. Tum superueniens quartus grauissime illum infir
mari affirmauit: mirariq; dixit nō illū ī lecto esse: sua-
sitq; vt domū euestigio rederet: seq; sociū obtulit vt fra
trē curatuꝝ. Retrocessit stultus tanq̄ magna grauatus

infirmitate: & lectulū igressus expirāti smuilis videbat. Ceteri socij euestigio domū ꝓdeūt dicētes recte: illū qui se in lecto collocasset fecisse: paulopost superuenit qdā qui se medicū ꝓfitebat & tacto pulsu testatus est egrū paulopost ex eo morbo pituꝝ: deinde circūstantes lectū omnes dicētes alter alteri: iam iste īcipit mori: iā pedes frigescūt: ligua balbutit: & caligāt oculi: statiq; expirabit inquiunt: claudamus igit oculos & cōponamus manus, & ad sepeliendum feram⁹: & o q̄ magna iactura in istius obitu facta est: bonus enim & amicus noster: & se iuicē cōsolabant: stultus vt defunctus nihil loquutus: ꝑsuaserat sibi se mortuū esse positо in feretro cū iuuenes illi ꝑ vrbē portarēt petētibus ceteris quidnā rei esset se nigniacā ad sepulchrū ferre mortuū dicebāt. Inter petēdū multi ad ludū cōcurrebāt cū oēs nigniacā mortuū ad sepulturā deferre dicerēt. Vnus ex tabernarijs o q̄ mala bestia fuit: & fur pessimus ait: dign⁹ certe suspēdi laq̄o. Tū stult⁹ cū hec audisset erecto capite si viu⁹ eēm sicut sum mortu⁹ īquit dicerē furcifer te ꝑ gulā mentiri: qui eum portabāt ab ortu risu maximo hominē in feretro relinquere.

De dubio zophismate.

Isserebāt ambulātes socij dico: vtra maior eēt voluptas coitus ne an vētris secess⁹: cōspecta muliere q̄ cōgressum hominū haud aspernata fuerat: ꝑ cunctemur hāc alter ait vtrāq; rē expertem: minime inqt hec est idonea alter ad hanc rem iudicandam: multo enim sepius futuit q̄ cacauit. 248

De molēdiario ab vxore decepto &. v. ouis refecto.

a Diciet superiorib⁹ cōfabulatio mātue īter oēs 249

nota. Est iuxta vrbis pōtē mola: cuius magr̄ cornicula dicebat̄. Is ī pōte post cenā & estas erat sedēs trāseūtē puellā rusticanā etate matura veluti errabūdā cōspicatus: hortat̄ cū hora esset tarda & sol ī occasum vergeret vt apud vxorē diuerteret. Cū annuisset illa accito famulo duci eā ad vxorē iubet dariq3 cenā & ī certo cubiculo locari: remisso famulo cū ītelligeret vxor virū ad adolescētulā adiecisse animū: adolscētula ī suo lecto collocata: ipsa ī idē cubiculū dormitū ꝓficiscit̄. Vir de idustria ad mltā noctē cū vigilasset: existimās dormitare vxorē clā domū reuersus cubiculum ingredit̄. ignarusq3 doli: vxorē tacit⁹ tacitū subagitauit: egress⁹ qd egerat dixit famulo ipm ad idē certamē cohortat⁹ ipse pⁱoni vxorē cognouit. Cornicula ad solitū cubiculū diuertēs: lectū silēs ītrauit: ne vxor vt putabat excitaret̄: mane q̄ primū surgēs tacitus abijt: existimās se puellā cognouisse: hora deīde prādij cum redisset ad domū: vxor ī primis sibi quiq3 recētia oua ad sorbēdū dedit: admiratus vir: rei nouitatē cū qd id sibi vellet ꝑcuntaret̄: illa vultu hilari ꝓ nūero miliariū q̄ ea nocte con fecerat totidē oua sibi offerre īquit sensit ille se suo laqueo captum ac simulās ab se solo vxorem tam: oua sūpsit accidit plerūq3 vt suomet dolo castigēter īprobi.

Pulchrum dictum pulchritudinem mentiens.

250 Ibant ꝑ viā florentie colloquētes socij duo quoꝝ vnus erat oblōgus & corpulent⁹ ac facie sub nigra. Is cōspecta adolescētula cū matre ambulāte: hec inquit iocādi gr̄a iuuēcula formosa est admodū ac venusta: illa ad hec verba īsolētior facta nequaq̄ hoc de vobis dici posset r̄ndit: imo recte īqt alter siqs ꝓut ego

feci vellet mentiri.

Facetũ mulieris responsum sed parum honestum.

n Arrauit mihi quidã mihi familiaris hispan⁹ di 251
ctũ mulieris fassum qđ mihi visum nostris cõfa
bulationibus aduciendũ duxerat viduã in vxorẽ vir
quidã etate ꝑuectior: qui cũ pria nocte dũ mrimonio
fungeret ꝑcipiens vxoris cellã vberiorem q̃ putarat:
mea vxor iquit hec tua curia amplior est nũero gregis
mei. Tũ mulier hoc iqt tua culpa accidit. Nã vir me⁹ q
obijt misereat deus aie sue: ita hãc adimplebat curiã
vt edi persepe extra tabulata pro loci angustia prosi-
lire cogerentur. Responsum salis plenũ & venustatis.

De dẽtibus casum minãtibus similitudo obscena.

e Piscopus mihi not⁹ senior q̃rebat quosdã dẽtes 252
sibi cecidisse: quosdã ita labare vt eoꝝ casũ time
ret: tũ vnus ex familia ne timeatis iquit dẽtium casum
petẽti cãm epo quia testiculi mei respõdit iam. xl. ãnis
pepẽderunt casuro similes & tamen nunq̃ ceciderunt.

v Isum est mihi eũ quoq; nostris cõfabulationib⁹
Iocum adiicere in quo plures eaꝝ tanq̃ i cena re 253
citate sunt. Is est bugiale nostrũ hoc est mẽdacioꝝ ve
luti officina quedã olim a secretarijs istitutum iocãdi
gratia. Cõsueuimus enim a Martini pontificis vsq; tẽ
pore quendam eligere in secretiori aula locum in quo
& noua referebãtur. & varijs de rebus tũ laxãdi vt plu
rimum animi causa: tum serio quandoq; colloqueba-
mur. Ibi parcebatur nemini in lacessendo ea que non
probabantur nobis ab ipso persepe pontifice inicium
reprehensionis sumpto: quo fiebat vt plures eo conue
nirent veriti ne ab eis ordirentur. Erat in eo princeps

fabulator razellus bononieñ. cuius nõnulla in confa-
bulationes coniecimus. Antonius item luscus: qui se-
pius inserit vir admodum facetus. Ciciusq romanus
& ipse iocis deditus. Nos quoq plura e nostris addi-
dimus nõ insulsa. Hodie cum illi diem suum obierint
desijt bugiale: tum temporum tum hominum culpa
omnisq iocandi confabulandiq consuetudo sublata.

Finis.

Pogij florẽtini secretari apostolici facetiarum liber
absolutus est feliciter. Impressum Anno. M. CCCC
LXXXXVIII. Die. xv. Octobris.



